

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1192

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Milone Mediolanensi archiepiscopo¹, Alberto Vercellensi episcopo², Bonifacio Novariensi episcopo³, Cunrado duce de Rotenburc fratre nostro⁴, Ottone Boemorum duce⁵, Heinrico de Brunewic filio Heinrici quondam ducis Saxonie⁶, Rabotone comite de Ortemberc, Theoderico comite de Hostado, Petro prefecto urbis, Roberto de Durne,
 5 Craftone de Boekesburc et aliis quam plurimis. Dietericus vero imperialis aule cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et totius Italie archicancellarii recognovit. anno ab incarnatione domini 1191, indictione 9, regnante domno Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni ejus 22, imperii vero 1. datum per manum Heinrici prothonotarii 15 kalendas maji.

1191
 April 17

10 Processu autem temporis, principibus in presencia nostra apud Hagenowe constitutis, tam de convencione inter nos et jam dictum fidelem nostrum Argentinensem episcopum habita quam etiam de principum sciencia placuit, ut predicta donacio facta de claustro Eristein ad imperium pertinente retractaretur, qua non est licitum, res ad imperium spectantes alienare absque imperii proventu et utilitate⁷. ideoque
 15 prenomiatus episcopus Cunradus in manum nostram prefatam abbatiam cum omnibus pertinenciis suis resignavit, in pristinam fisci nostri potestatem restituit, reliqua donatione firma permanente, quam fecimus in allodio nostro speciali Milzeche et in prefatis curiis in Argentina et Mollesheim constitutis, que celsitudinis ac liberalitatis nostre donatio de sepedicto allodio Milzeche et de prememoratis areis et edificiis
 20 facta ut rata et inconvulsa permaneat^a, presentem inde paginam fecimus conscribi eamque sigillo nostri nominis jussimus communiri, precipientes et imperiali sancientes edicto, ut nulla persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica huic nostre magnitudinis magnificencie^b presumat obviare vel eam ausu temerario infringere, contrafaciens celsitudinis nostre incurrat indignacionem atque nomine pœne mille
 25 marcas argenti componat, medietate fisco imperiali applicanda, alia vero medietate episcopo Argentinensi, qui pro tempore fuerit, persolvenda. hujus rei testes sunt Cunradus Maguntinus archiepiscopus⁸, Otto Bambergensis episcopus, Hermannus Monasteriensis episcopus⁹, Rudolphus Verdensis episcopus¹⁰, Waltherus Trojanus episcopus¹¹, Rofredus abbas montis Cassini, Otto palatinus comes Burgundie¹²,

30 a) *Grandidier* permaneant. b) *Grandidier* magnificencia.

¹ Milo de Cardano Erzbischof von Mailand, 1187—1195.

² Albert Bischof von Vercelli, 1185—1205.

³ Bonifacius Bischof von Novara, 1172—1191.

⁴ Herzog Konrad von Schwaben, 1191—1196.

35 ⁵ Otto Herzog von Böhmen, 1189—1191.

⁶ Heinrich III, Sohn Heinrichs des Löwen, von 1195 ab Pfalzgraf bei Rhein.

⁷ Vergl. Ficker Ueber das Eigenthum des Reichs am Reichskirchengute, Sitzungsber. d. Wiener Acad. d. Wissensch. 1872 S. 87.

⁸ Konrad Erzbischof von Mainz, 1183—1200.

40 ⁹ Hermann von Katzenelnbogen Bischof von Münster, 1174—1203.

¹⁰ Rudolf Bischof von Verden, 1189—1205.

¹¹ Walther Bischof von Troja, 1195 nachweisbar.

¹² Otto Pfalzgraf von Burgund, 1189—1200.